



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. II. Quis assignare, seu dare possit Coadjutorem; & quomodo, ac qualis dari debeat?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

tificere non possint, juxta dicta dandus est. (c. Ex parte 5. & c. Consultationibus 6. h. t.) qui & ipse sustentationem suam congruam ex redditibus talis Ecclesie, cui Coadjutor datus est, habeat, & non minus ad residentiam personalem obligatus sit, quam ipse principalis. De quo tamen Coadjutore sit

§. II.

Quis assignare, seu dare possit Coadjutorem; & quomodo, ac qualis dari debeat?

Quamvis solius Papae sit Coadjutorem dare Episcopis, & his superioribus Prælatibus, cum inter causas majores numeretur Coadjutoris datio, concedit tamen etiam Papa in c. Pastoralis h. t. in 6. ne Ecclesie, ab utroque præsertim remotæ, detrimentum patiantur, ut Episcopus, senio vel perpetuo impedimento impeditus, qui pastorale officium exercere non potest, cum consensu sui Capituli, unum vel duos Coadjutores, auctoritate Apostolicâ, assumere possit, vel si amens sit Episcopus, Capitulum, aut duæ illius partes, unum, aut duos, auctoritate Apostolicâ, designare possit, qui officium Episcopi, tam quoad temporalia, quam quoad spiritualia, si ad utrumque inutilis est, exerceant, vel certe si nolit in priore casu Coadjutorem assumere Episcopus, eum quidem, invito, Capitulum non obtunderet, de toto tamen negotio moneat Pontificem, & quod ab ea Sede ordinatum fuerit, humiliter, & efficaciter impleat; aliis vero Prælatibus, aut Rectoribus Ecclesiarum, Episcopo inferioribus, sicut & Parochis, si officio suo præesse nequeant, Episcopus da-

re potest Coadjutores, cum penitus sit beneficiati etiam destituito.

Debet autem Coadjutor dandi Coadjutoris esse, (cum Laici non sint habiles ad spirituales administrationes) idoneus, tam ratione prudentiæ ad Ecclesiasticarum administrationem, quam pro bonorum administratione Coadjutor detur, quam ratione scientiarum, si ad spirituales curam Coadjutor detur; & ejus ætatis, quæ requiritur in tali beneficio.

§. III.

Quæ sit potestas, sive officium Coadjutoris, & quando expirat

Officium autem dati Coadjutoris, cui datur Coadjutor ob infirmitatem senium, & simul Ecclesie, seu populi, c. Ex parte 5. h. t. si datus sit temporarius Coadjutor; vel saltem curam rerum temporalium, si ad hæc curam datus sit Coadjutor, ita tamen, ut non liceat aliquid de bonis immobilibus Ecclesie, aut mobilibus pretiosis, quæ servando servari possunt, non possit; nec possit beneficia conferre, quorum datio ad Prælatum, cui datus est Coadjutor pertinet, sine consilio hujus, sanæ mentis hic non facit, & ad conferenda beneficia inutilis.

Expirat autem illius officium, si quidem morte dantis Coadjutoris, si morte illius, vel depositione, aut reprobatione, cui datus est Coadjutor; vel si officium administratoris dantis, si legitimus administrator, (successor) interierit illius, cui datus est Coadjutor; si vero veniat, nisi fuerit ipse Coadjutor dantis